

Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. V. Non sunt in Deo Religio, Pietas, Observantia, Gratitudo: secùs
Fidelitas, Misericordia, Liberalitas, & Magnificentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](#)

tamen ut iudex, & ut legem promulgavit aduersus peccatores, tenetur illos punire, ita ut, si non puniat, sit injustus & probant ex Ps. 49. v. 21. Existimasti inique, quod ero tui similis. Sed hoc valde displaceat (inquit Felix sup. num. 5.) nam Deus cuius vult misereatur, & quem vult in-
dat, Rom. 9. v. 18. Rursus: nihil est, quod Deum obliget, ut puniat. Denique: sicut Deus circa condignum punit ex misericordia; ita ex eadem virtute poterit non punire. Proprius quod dico, quod Deus ex debito legali pu-
nit, ut obseretur lex, & propter bonum com-
mune illorum, quibus data est lex, & propter ipsum Deum Legislatorem, qui ex sua voluntate, que est ipsa justitia, punit, si vult, vel par-
et, si ei placet. Ita Frane. Tu cogita, an plenè
faustiatur proposita difficultati.

90. Refutat unum argumentum, quod Aliqui mo-
vent, dicens: Iustitia vindicativa necessari-
am porat remotionem damni illati, & injuria
compensationem: sed Deus nihil damni pati-
potest ab hominibus: ergo in Deo non est ju-
stitia vindicativa. Respondet Felix sup. quod
in bonis extrahit, scilicet honoris, & obe-
dientiae, potest Deus pati damnum ab ho-
minibus, & ita poterit Deus removere hoc dam-
num poniendo. Secundū responderet eum S.
Tho. 1.2.9.47. a.1. ad 1. quod sufficit, ut no-
mentum sit aliqui, qui sit sub providentia Dei,
cum peccatum sit contemptus & injuria Deo
facta. Sic ille. Hæc sunt verba D. Tho. Dicen-
dam, quod ira non dicitur in Deo secundum pa-
sionem animi, sed secundum judicium justitiae, prout
vult vindicāre facere de peccato: peccator enim
peccando Deum nibil nocere effectivè potest: tamen
ex parte sua duplicitè contra Deum agit. Primi-
us in quantum cum in suis mandatis contem-
nit. Secundū, in quantum documentum aliquod in-
fert alii, vel sibi, vel alteri: quod ad Deum perti-
net, prout ille, cui documentum insertur, sub Dei
providentia, & tutela continetur.

91. Itaque, ut fieri imponamus huius contro-
vertie, quæ etiam est mērē speculativa, & ad
proximam porsus impertinens; sufficit ad aver-
tendum hominem à peccato, ut sciat, Deum
quocunq; etiam minimum, sive sit injuria
stictè dicta respectu ejus, sive non, posse puni-
re, & de facto punire, nisi ex divina sua mis-
ericordia ponam vel ex toto, vel ex parte re-
mittat, prout ei placuerit; nec aliud inten-
dit nostra Conclusio, quæ proinde verissi-
ma est; quidquid sit de formalī ratione justitiae
vindicativa, an scilicet hæc virtus distincta sit,
vel non distincta ab aliis virtutibus; utrum ap-
pellanda sit justitia commutativa, vel legalis.
Elige quod placet. Progredior ego ad virtu-
tes, quæ communiter habentur partes poten-
tiales justitiae, propter similitudinem, quam
cum justitia propriè dicta habent, quatenus
sunt ad alterum, tamen à propria ejus ratione
deficient, vel quia non respiciunt æquale, vel
quia non respiciunt debitum legale, ad quod
reddendum quis lege astringitur, sed tantum
morale, ad quod reddendum quis obligatur so-

lùm ex honestate virtutis. Porro de his parti-
bus potentialibus seu potestativis quæritur
impræsentiarum; an sp̄ctatis earum propriis
officiis, & objectis, repugnant inesse voluntati
divinit. Accipe responsionem:

CONCLVSIO V.

Non sunt in Deo Religio, Pietas,
Observantia, Gratitudo: secundū
Fidelitas, Misericordia, Libera-
litas, & Magnificentia.

Sicut statim dixi, duplicitè deficiunt aliquæ
virtutes, quæ tamen sunt ad alterum, à
propria ratione justitiae, minorum, vel quia non
respiciunt æquale, vel quia non respiciunt de-
bitum legale, sed morale tantum. Prioris ge-
neris sunt Religio, Pietas, & Observantia;
nam Religio versatur circa jus reddendum Deo;
Pietas circa jus reddendum parentibus ac pa-
tria; Observantia autem circa jus reddendum
Superioribus: porro Deo, parentibus, ac pa-
tria, & Superioribus non potest jus suum red-
di ad æqualitatem, ut est communis sententia.
Posterioris generis sunt Veritas seu Fidelitas,
Gratitudo, & Vindicatio, quæ ita pertinent ad
morum honestatem, ut absque illis ea servari
nequeat. Item Liberalitas, Magnificentia, A-
miticia, Charitas, Affabilitas, Eutrapelia, Mi-
sericordia, quæ solum pertinent ad perfectio-
rem morum honestatem, ita ut sine illis ea
possit servari. Ita communiter DD. qui tamen
inter se discrepant circa existentiam earum in
Deo, ut patebit ex dicendis.

92. **E**nimvero nonnulli ponunt in Deo Grati-
tudinem, quam prima pars nostræ Conclus. ab
eo excludit. Inveniuntur etiam, qui à Deo
excludunt Magnificentiam, quam secunda pars
nostræ Conclus. in eo ponit. Rogat aliquis:
ecce ratio excludendi à Deo Gratitudinem?
Jam ediffero. Religio inclinat ad debitum
cultum exhibendum alteri, tanquam primo
principio, & supremo Domino omnium re-
rum; Pietas ad exhibendum honorem & ob-
sequium alteri, tanquam secundario principio
illius, qui exhibet honorem & obsequium;
quæ principiū sunt parentes, patria, & ad il-
los reducuntur affines ac sanguine juncti; Ob-
servantia (eius partes sunt dulia & obedientia)
ad exhibendum honorem & obsequium alteri
ratione dignitatis, & eminentiæ supra eum, qui
exhibet honorem, & obsequium; denique
Gratitudo ad referendam gratiam pro bene-
ficiis ab alio acceptis: at Deus non potest
inclinari ad alterum, tanquam primum aut
secundarium principium Dei, vel tanquam
Superiorem Deo, aut talem, à quo Deus
beneficium accepit; hoc liquidem est contra
rationem enī supraem & independentis,
ut patet: ergo in illo non est formalitatem

Partes po-
temiales
justitiae sunt
in dupli-
citer
differencia.
Prioris ge-
neris.

Posterioris
generis.

Aliqui po-
nunt in
Deo grati-
tudinem.

Ratio eam
à Deo ex-
cludendi.

Smifing;

Reli-

Religio, Pietas, Observantia, Gratitudo, spectatis harum virtutum propriis officiis, & objectis. Ita probat primam partem nostram Conclus. Simil. sup. n. 80. Brevius probatur: quia omnes haec virtutes respiciunt alterum, ut superiore vel excellentiorem: Deus autem non habet superiore aut excellentiorem. Nec obstat; quod beneficium possit fieri aequali; nam quantum respicit benefactorem, superiore respicit: etenim, qui beneficium suscepit, hoc ipso efficitur quasi inferior. Hinc D. Tho. 2.2. q. 106. a. 3. in corpore: Benefactor (inquit) in quantum hujusmodi, debetur honor & reverentia, sed quod habet rationem principii. Si rationem principii, ergo & rationem superioris. Quid miramur? Beneficium est pura gratia, sive aliquid planè alteri indebitum, quo ipse aliquo modo indigeret; ergo benefactor aliquo modo est principium, & per consequens superior.

Sed nunquid nostra opera sunt aliquid planè indebitum Deo, quo ipse aliquo modo indigeret?

Opera nostra non sunt aliquid planè indebitum Deo.

Audi Psal. 15. v. 2. Dixi Domino, Dominus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges. Scie ergo dixit Apostolus Rom. 11. vers. 35. Quis prior dedit illi, & retribuet ei?

Se felicit ex gratitudine? Dices: ille, qui efficit opera supererogationis, seu consilii. Sic enim servus potest efficiere aliqua opera supererogationis, quæ Dominus ex gratitudine teneatur præmiari: quidni similiter Deus opera consilii?

Respondeo: opera consilii non esse beneficium,

ut patet ex descriptione ejus, statim adducata;

sed obsequium, & servitium, multis titulis

Deo debitum; utputa, titulo creationis, gubernationis, gratitudinis &c. Et quāvis Deus

haud stricto præcepto ea opera a nobis exigat;

posset ramen exiger, si veller. Unde ex eadem

virtute Deus præmiatur opera præcepta, &

consilii. Porro disparitas inter servum & Domini-

num, & inter hominem & Deum, est;

quod servus, quæ homo, sit aequalis Domino;

arque idem non sunt sub ejus dominio vita, &

membra servi, neque omnes actiones;

sed ille tantum, que sunt proportionatae humano

servitio;

at vero homo est servus Dei quoad omnia.

Et sane opera præcepta non præmiari

ex gratitudine, colligitur aperte ex illo Lue. 17.

v. 9. & 10. Nunquid gratiam habet servo illi, quia

ex gratitudine,

que ei imperaverat? Non puto. Sic & vos

cum feceritis omnia, que præcepta sunt vobis, dicite:

Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, feci-

mus. Igitur in Deo non est gratitudo; sed omnia

opera meritoria de condigno, sive præcep-

ta, sive consilii, præmiatur ex iustitia, ut ante-

dictum est.

Fateor, reponit quispiam, in Deo absolutè

spectato: at vero quatenus una persona divina

procedit ab alia, vel quatenus procedit ad alia;

adèque una persona mittitur ab alia,

quidni possit aliam respicere, ut primum prin-

cipium sui esse, & ut principium proximum,

& ut dignorem, & ut beneficium alicujus fabi-

præstiti auctorem; arque adèque ad illam incli-

nari per virtutem Religionis, Pietatis, Obser-

vantia, Gratitudinis & V. G. Pater æternus est

principium Filii, & prius illo prioritate origi-

nis; & Pater & Filius respectu Spiritus in-

sancto; liquidem secundi, Spiritus sanctus

non; propter quod Nazian. Orat. 4. de The-

ologia, vocat Patrem maiorem Filio, etiam

secundum divinitatem, in quo sensu intelligit

illud, Joan. 14. v. 28. Pater major me est. Sal-

tem de Filio, ut mislo in carne, leu in quantum

est homo, dubitari non potest, quia minor sic

Patre, adèque respicit Patrem ut maiorem

& dignorem. Nam hoc ad minus indicare

illo loco Joan. citato, quem si frequenter

Sancti exponunt, & ratione dicta majoritas

in Patre; consequenter admittunt Filium di-

vinum, ut hominem fuisse obedientem Patri,

eique subiectum & servum, & orationem ac

Sacrificium, adèque Religionis exercitum

Patri obtulisse.

Quocirea Filius divinus secundum pro-

missionem quidem ad intrare in Deo virtute Reli-

gionis, & Pietatis inclinatur in Patrem, ut

proximum & unicum principium sui esse; vir-

tute observantia, ut in digniori origine; &

secundum processionem ad extram inclinatur in

Patrem virtute Religionis, Observantia (sub

qua obedientiam comprehendendo) Gratitudinis

ut in primum principium sua humanitatis, &

ut simileiter ac infinitè dignorem, ut præci-

pientem; ut omnis gloria & gratia Christi

hominis beneficiorum largitorem. Cum

que virtus non subiectetur in supposito, sed

in natura (sub ea comprehendendo potentiam

naturalem) quidni etiam dictæ virtutes pos-

sint admitti in Deo absolute spectato, id est,

secundum naturam divisam, comprehenden-

do sub ea voluntatem quasi potentiam natura-

lem? Denique; exercitum virtutis magis

consistit in affectu, quam in effectu, præcer-

tim respectu Dei, ut constat ex D. Thom. 1.

2. quest. 20. ergo potuit Verbum ante allu-

ptam humanitatem habere affectum exhibi-

ti obsequium Religionis, Obedientia &c. in

humanitate assumenda; sicut ab æterno habuit

affectum assumendi humanitatem: ergo de fa-

cto exhibuit obsequium Religionis, Obser-

vantia &c. Deo Patri ab æterno.

Respondet Felix de Volunt. Dei cap. 7.

diffic. 5. n. 1. quod cum ista virtutes sint ad

tertum, necessarium est, quod sit alter in natu-

ra & voluntate, quæ est subiectum harum

virtutum, & non sufficit esse alterum in per-

sona; alias pietas non solùm efficit Filio &

Spiritu sancto; sed etiam in Patre, cum sit in

voluntate omnibus communis; & consequenter,

Pater efficit sibi ipsi obediens.

Si dixeris: Inter Personas divinas est amicitia

& charitas. Responder præfatus Auctor: Ad

amicitiam non est necessarium, ut una persona

diligat alteram, ut alteram, sed ut sit etiam cum

ipsa: nam diligit illam, ut habet bonitatem,

vel essentiam divinam, quæ est motivum

charitatis, & secundum hoc est unum cum al-

terno.

95.

ter: quod sit, ut talis charitas, & amicitia sit ipsa: quod Deus seipsum diligit, quoad hoc simili: charitati, quod nos diligimus, & diligimur: charitati, quod nos diligimus Deum vel proximum; nam haec est ad alterum. Ex quo constat, actum, quo Verbum voluit ab æternō subiecti Patri, nostram naturam assumens, non fuisse obedientia, pietatis &c. quia non fuit ad alterum; cum fuerit essentialis, & communis toti Trinitati. Hucusque Felix. ex Theod. sup. n. 83 qui latius ea deducit. Studio: Lector bene facit, ea videndo, & despiciendo. Interviu adverat, quod Hebr. 6. v. 16 dicitur: Homines per majorem sui jurant. Et Psal. 109. v. 4. Iuravit Dominus, & non panitebit eum. Ergo, intent aliquis: Deus agnoscit Superiorem; ergo haec virtutes possunt esse in Deo. Responde Felix. sup. quod ly Iurare in Scriptura sumitur metaphorice, & ad similitudinem consuetudinis nostra, qui utimur juramento ad significandam nostram veritatem, ut ait Athanasius serm. de Passione. Sic ille. Ac revera Deum non jurare per majorem sui, uti homines faciunt, expressis verbis significat Scriptura d. cap. 6. ad Hebr. v. 13. lequentis tenoris: Abra: namque promittens Deus quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum. Ad quidem ad significandam immobilitatem consilii sui: sic enim die Script. eod cap. v. 17. In quo abundanter velens Deus ostendere pollicitionem habere immobilitatem consilii sui, interposuit iurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum. fortissimum solatium habemus. Ubi duas res immobiles, id est, immutabilis veritatis, vocat Dei promissionem, & jura-mentum.

Et ecce pervenimus ad secundam partem Conclus. quæ posuit in Deo Fidelitatem, sub qua comprehendere veritatem seu veracitatem, quæ ut putat Smit. sup. n. 111. non est virtus distincta à fidelitate, de quo postea. Prius ostendo haec virtutem, seu haec virtutes esse in Deo; etenim in proprio suo acto & objecto non repetitur aliqua imperfectione repugnans infinita perfectione diuinæ, sive, utraque est perfectio simpliciter, ergo Deo tribuenda. Antecedens probatur: quia Fidelitas est virtus, quæ quis vult implere, quod promisit; Veritas autem, seu Veracitas, virtus dirigen: volvatur ad hoc, ut quis loquatur conformiter menti sua. Quæ autem imperfectio in adimplitione promissio-nis, & conformitate locutionis ad mentem lo-quentis? Nulla omnino. Hinc Apostolus ad Rom. 3. v. 4. Et autem Deus verax; omnis autem homo mendax. Et 2. ad Timoth. 2. v. 13. Ille (Deus) fidelis permanet, negare seipsum non posse. Item ad Hebr. 6. v. 17. Vi per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum &c. In quibus Scripturis (inquit Smit. sup. n. 101) notandum est, ita Deo tribui Veritatem, & Fidelitatem, ut non solum de facto, aut de potentia ordinata, non mentiatur, aut non velit implere promissa, sed ne absolute possit mentiri, aut non velle implere promissa. Nam ad Hebr. 6. dicitur

Simpliciter id esse impossibile, & 2. ad Tim. 2. dicitur, tam esse impossibile, Deum esse iso-lem, ac seipsum negare; id est, tam impossibile ac vere dicere, se non est Deus; deniq; ad Rom. 3. ita dicitur Deus verax, quemadmodum omnis homo mendax, quod de actu intelligi non po-test; cum constet, B. Virginem nunquam vel veniale mendacium commississe, debet ergo in-telligi de potentia, ita ut in homine quidem sit potentia mentiendi, non in Deo. Sic ille. Quod Smit. probat sciens D. August. lib. de Symb. ad Cata-chem. cap. 1. sic ait: si mori posset (Deus) non esset omnipotens: si mentiri, si falliri, si iniquè agere, non esset omnipotens, quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus, qui esset omnipotens. Deum autem mori, aut falli, vel iniquè agere, est absolute impossibile. Plura possunt dici de hac impos-sibilitate; sed non sunt hujus loci, ubi tantum querimus, an veritas, & fidelitas ex proprio ob-jecto, & munere Deo repugnant. Et vero non repugnare, sed maximè convenire, manifestè ap-paret ex dictis.

Utrum autem haec virtutes sint distinctæ in 99. Deo, dissidium est inter Scolasticos. Smit. cum An dicitur Aliis, quos citat, afferit, eas non distinguunt; sed virtutes sint simpliciter Dei assertionem habere vim pro-missionis, & quidem promissionis juratae. Ra-tio (inquit) est: qui eadem virtus inclinat ad P. negans veritatem in verbis, seu signis æquipollentibus, probatur. & ad impletendum, quæ dicta sunt, quandò id Smit. dicitur, necesse est, ad verificanda verba prius dicta, prout necesse est, quandò quis non modò sim-pliciter afferuit, se quidpiam facturum (ad cuius assertio-nes veritatem sufficit, eum, quandò id af-ferit, habere propositum impletandi, etiam post-ea non impletat; ideoque in nobis simplex af-ferio de aliquo, à nobis faciendo, obligatio-nem faciendi non inducit) sed etiam afferuit se obligando, sibique injicendo quandam imple-di necessitatem, ac legem, quæ est assertio pro-missionaria, ad cuius impletionem dicitur virtus fidelitatis inclinari, quæ proinde est eadem cum veritate. Quid si loquens sit talis, ut non possit afferere, se aliquid facturum, nisi se obli-gando ad faciendum, ipsius assertio de aliqua re à se facienda, semper erit promissio: & si non possit afferere se facturum, nisi id affirmando sub infallibilitate prime veritatis, semper ipsius assertio de aliqua re, à se facienda, erit promissio jurata.

Hoc autem modo res se habet in Deo: cum 100. enim dicit, se quidquam facturum, significat, se habere propositum faciendi immutable (non vina, de re enim divina voluntas mutari potest, ut pater) assertio di-assertio de aliquo à se faciendo, inducat necessitatem ex hy- pothesi ad impletendum, quod dicit se facturum, & ita Dei assertio de aliquo à se faciendo sem-per est promissio: & cum affirmet omnia, quæ afferit, sub infallibilitate sua veritatis, quæ est veritas prima, sit, ut omnis ejus assertio de aliquo, à se faciendo, sit promissio jurata. Ha- & cenus Theod. Sed (inquit Felix sup. num. 4.) esse virtutes licet haec vera sint, satis probabile est, esse vir-tutes distinctas, ut docet Lessius lib. 2. de Ju-

Disput. 2. De Voluntate Dei.

310

Sit. cap. 18. dub. 8. & Alii. Nam cùm promissio debeat esse alteri facta, debet connotare inclinationem, saltem virtualem, ut alter cognoscere possit talē promissionem. Rursus: Veracitas solum dicit inclinationem ad dicendum verum, fidelitas addit. supra hoc inclinationem ad implementum promissum, quod sufficit, ut distinguantur. Sic ille.

101.
Perperam
citat p. Je.
Lemmum.

Tu nota mecum, Lemmum loco citato non agere de veritate, & fidelitate in Deo; sed in nobis, in quibus non solum probabile est, sed teste Felice cod. num. distingui certum est. Ergo videtur perperam citare Lemmum pro ea sententia, quæ afferit, eas virtutes in Deo distinguiri. Et ratio disparitatis patet ex ipso Felice; nam probat distinctionem in nobis, quia potest quis aliquid affirmare, quod non promittit facere: jam autem omnis affirmatio Dei de aliquo faciendo, secundum Suis. & Alios, est promissio, idque jurata. Non ab uno, i-

Arguitur
pro fenten-
tia Felicis.

quis: sed quæro, nunquid omnis assertio Dei est de aliquo faciendo? Patet, quod non; quia multa simpliciter afferit Deus, v.g. Deum esse trinum, & unum, Deum esse diligendum, & simili: sicut & homines multa afferunt sine reip: &c. ad quidpiam facendum, in quibus prointrae dicti hominum reperitur veritas sine aliqua fidelitate, cur nos similiter in hujusmodi dictis Dei? Et si par est ratio, quare non dicimus, illas virtutes in Deo esse distinctas, si non in ordine ad ea, quæ Deus affirmit te faciendum, saltem respectu eorum, quæ simpliciter affirmat sine ordine ad aliquod opus exterritum? Tu disipe.

102.

An promis-
so & ju-
ramentum
ad Deo sint
res distin-
ctae.

Explicatur
Scriptura.

101?

nam promissio

jurata tantum est una res, cùm

juramentum à promissione non distinguatur

in Deo; sicut in nobis distinguuntur, in quibus

poteat dari promissio non jurata. Et quid opus

erat, ut Deus, promittens Abrahæ, juraret per

semetipsum, cùm omnis promissio Dei, sit pro-

missio jurata? Respondeatur: Scripturam loqui

juxta uum humanum seu consuetudinem ho-

minum, qui non contenti simplici promissione,

seu obligatione fidelitatis, exigunt novam ob-

ligationem juramenti ad maiorem firmatem.

Unde nota, quod Apostolus dicat: In quo a-

bundantius volens Deus ostendere &c. Ergo non

erat necessarium, sed, ut sic loquar, superabun-

dans juramentum, ut Abraham sic melius in-

telligeret immobilitatem divinæ pollicitationis,

quamvis alioqui sine juramento debuisse et

credere. Et quia in nobis promissio, & jura-

mentum sunt duas res, ideo Apostolus loquens

secundum id, quod in hominibus est, promis-

sionem divinam, & juramentum vocavit duas

res. Cui nos placet hæc solutio, querat me-

liorem.

103.

Ego pergo ad virtutem misericordiæ,

quam

est in Deo ubique

Scripturae sacrae inculcant,

& ita obvix sunt, ut supervacanum videatur,

autem hæc misericordia aff. Atos effixa sub de-

veniendi alienæ misericordiæ;

quem constat non re-

pugnare divinæ perfectioni;

ergo recte ponit

in Deo, sive sit virtus distincta à Charitate,

sive non, secundum diversas opiniones, qui

hæc non liber examinare;

quia ad nostrum pro-

positum periode est,

quid quilibet servat,

dummodo afferat, Misericordiam esse in Deo.

Placet interior audire Scotum 4. dis. 46. qu. 2.

Respondeo (inquit) Misericordia in nobis est habitus

vel qualitercumque dicatur, forma, quæ nolamus

misericordiam alterius;

ita quod p. in dicitur inclinat ad a-

dum nolendi misericordiam in alio;

& hoc vel futurum,

& tunc preservat ab illa, si potest;

vel præsumit,

& tunc relevat a misericordia, si potest;

& ex con-

quenti post operationem disponit ad passionem, si-

licitè displacentiam de misericordia imminente, vel pra-

fense.

Sed nunquid hæc misericordia est in Deo?

secundum Doct. Subtilem?

Attende quod-

quivit:

Quanum ad secundum, prout scilicet mi-

sericordia melinat ad passionem illum, non est in Deo.

& ab illo videtur imponi principalius id est,

nomem mi-

sericordia, exponendo M. S. ricors etymologicis id est,

misericordia cor bœbis:

quia compatiens miseri-

lia in hoc habet cor miseri-

um hoc est:

communi-

cans in misericordia. Sed quantum ad istam operationem,

nolendi misericordiam sine imminentem, sive præsentem,

misericordia propriæ in Deo est,

Quod probatum de

imminentem;

quia sicut nullum bonum evenit, nisi

volente Deo:

ita nihil prohibetur ne eveniat, nisi

Deo nolente:

multa autem misericordia,

possibile est

nisi alicui prohibentur, ne eveniant, ergo Deus ba-

bet nolle respectu illarum.

Consimiliter de miseri-

cordia præfente,

quia nulla misericordia tollitur,

nisi Deo no-

lente illam inesse:

multa autem frequenter tollen-

tur, ergo &c.

Multæ, inquam (juxta illud Plat.

102. v. 8. Longanis & muliū misericordiorum)

omnes, ut clarum est.

Quomodo ergo mi-

sericordia Dei,

cum non ut promptus ad tollen-

dum misericordiam;

aliocui omnem tollere, po-

test namque:

cur ergo non facit?

pro respon-

sione.

Nota ex Scoto l. up. num. 3.

De his (in S. do-

quit ille) misericordia posset distinguiri, sicut de nol-

le misericordiam inesse;

qua sicut distinguunt Ang. in Da-

ville antecedens,

consequens.

Ita posset in ea di-

stinguiri duplex nolle respectu misericordia;

& sicut semper

habet velle antecedens respectu boni creature,

semper habet velle

respectu mali creaturæ,

prohibendi vel tollendi,

juxta illud 1. ad Timoth.

2. Vult, omnes homines talios fieri.

Sed si

non habet semper velle consequens respectu boni;

sicut nolle conse-

guens respectu mali amovendi,

Primum autem nolle non est misericordia, sed

secundum. Et illud potest distinguiri in hoc, quod vult

habet nolle respectu mali imminentis totaliter, vel

partialiter. Si primo modo, dicitur misericordia li-

berans, qua scilicet excludit omne malum, vel im-

minens, vel iam præfens. Secundo modo dicitur mi-

sericordia parcens, vel mitigans, qua scilicet non

totum malum excludit, sed aliquam partem mali de-

bitti nisi secundum merita sua. Veroque autem modo

misericordia

misericordia est in Deo, quia vel subvenit quibusdam, omnem miseriaram imminentem prohibendo, vel presentem relevando; aliis autem partem miseriae debet dimittendo. Hoc prænotato. Ad argumentum sup. positum respondet Doct. num. 4. Misericors non infligat miseriaram, nisi secundum rem rationem: nunc autem recta ratio aliquando dicitur, miseriaram aliquibus infligendam, ut secundum aliquis appareat iustitia, ut in damnatione reprobrum: & idem non infligit ille penam, nec permittit nisi modo, quo eam infligi statuit cum misericordia, sed, cum dictamine rectæ rationis. Tollit ergo Deus miseriaram, quando recta ratio dicit tollendum; quod sufficit, ut dicatur misericors; namets non semper omnem tollat, quia non semper recta ratio dicitur, omnem esse tollendum; sed aliquam esse infligendam, aut permittendum.

Quintum, secundum Scotum sup. q. 4. n. 2. Probabilitas tenetur, quod in omni opere divino concurrit carum misericordia, & iustitia, iuxta illud P. sal. 147. 10. Universa via Domini misericordia, & veritas. Ad hoc etiam est ratio, quia artifex voluntate producens conformiter regula sua, iustus est, quia iustitia reddit unicuique, quod sibi debetur, artificio maxime debetur, quod concordet regula sua: Deus autem est talis artifex, repellex omnis creatura. Similiter misericordia est in subveniendo indigenis praesenti, ut non insit, vel futura, que imminet, ne insit: Deus producendo quamcumque creaturam sic vel si, subvenit indigeni; ergo &c. Sed, ut bene Doct. adiurit ibid. num. 3. hæc ratio accipit iustitiam, & misericordiam valde generaliter; quia debum istud artificiati non est strictum; & misericordia propriæ non est, nisi ad subveniendam miseriaram; non autem omnis defectus est miseria. Plura ibi reperiit Lector de his virtutibus, quæ merentur dispiici, sed nimis longum fore omnia hic referre. Ad propositum nostrum sufficit, quod misericordia, sive sit virtus distincta à Charitate, sive solùm actus inaequatus Charitatis, materialiter distinctus ab alio actu, ex distinctione objecti materialis, quod, inquam, non repugnat ex proprio suo objecto formal, aut materiali, perfectioni divinae, & idem admittenda in Deo.

Huc porrò virtuti similis est Liberalitas, & Magnificentia: nam (inquit Smis. sup. n. 98.) in beneficii exhibitione gratuita, & quidem ex benevolentia affectu, convenienti; differunt tamen, quod illa præster beneficium ad subveniendum miseris alterius; istæ vero abstrahant ab hoc in beneficii exhibitione, & æquè in non miseris, ac miseros se effundant. Quod tamen dilectiorem videtur accidentale, quia formale motivum est idem, nempe diligibilitas proximi propter ipsum; hoc enim motivum inclinat tam ad præstanda bona, miseriaram proximi sublevatio, quād alia; qui enim diligit aliquem propter ipsum, vult illi quodecumque bonum, cuius est capax; & idem cū Misericordia, Liberalitas, & Magnificentia inclinet ad præstandum proximo beneficium propter ipsum, videntur esse eadem virtus, & con-

sequenter esse eadem virtus cum charitate (naturali vel supernaturali) erga proximum, à qua misericordiam non distingui, antea ostensum est. Sic ille. Sed an bene ostensum sit, est alia quæstio, qua non est hujus loci, & ideo superfedeo, ut antea dixi. Non laboramus hic in distinctione, sed in repugnancia cum divina perfectione, quam difficulter quis poterit ostendere.

Ostendo, inquit aliquis, & faciliter; quia secundum Philosophum 4. Ethic. 1. & 2. item 108. scinditur ex Philosopho. Liberalitas & Magnificentia. repugnare.

ergo Deus miseriaram, quando recta ratio dicit tollendum; quod sufficit, ut dicatur misericors; namets non semper omnem tollat, quia non semper recta ratio dicitur, omnem esse tollendum; sed aliquam esse infligendam, aut permittendum.

Quintum, secundum Scotum sup. q. 4. n. 2. Pertinet tenetur, quod in omni opere divino con-

currit carum misericordia, & iustitia, iuxta illud P. sal. 147. 10. Universa via Domini misericordia, & veritas. Ad hoc etiam est ratio, quia artifex voluntate producens conformiter regula sua, iustus est, quia iustitia reddit unicuique, quod sibi debetur, artificio maxime debetur, quod concordet regula sua: Deus autem est talis artifex, repellex omnis creatura. Similiter misericordia est in subveniendo indigenis praesenti, ut non insit, vel futura, que imminet, ne insit: Deus producendo quamcumque creaturam sic vel si, subvenit indigeni; ergo &c. Sed, ut bene Doct. adiurit ibid. num. 3. hæc ratio accipit iustitiam, & misericordiam valde generaliter; quia debum istud artificiati non est strictum; & misericordia propriæ non est, nisi ad subveniendam miseriaram; non autem omnis defectus est miseria. Plura ibi reperiit Lector de his virtutibus, quæ merentur dispiici, sed nimis longum fore omnia hic referre. Ad propositum nostrum sufficit, quod misericordia, sive sit virtus distincta à Charitate, sive solùm actus inaequatus Charitatis, materialiter distinctus ab alio actu, ex distinctione objecti materialis, quod, inquam, non repugnat ex proprio suo objecto formal, aut materiali, perfectioni divinae, & idem admittenda in Deo?

Respondet Smis. sup. num. 99. Philosophum 10. Ethic. 8. Explicatus ubi excludit liberalitatem à Dñis, loqui de ea prout ab hominibus exercetur, qui sunt liberales in largiendis rebus, quibus ipsi utuntur ad suam necessitatem, aut utilitatem, adeoque se privat aliquo bono utili, seu necessario, cum alii dant. Abstrahendo autem ab haec imperfectione, quis dicat absurdum, Deum pecunias habere, enijs est orbis terræ, & plenitudo eius; aut Deum alteri date, cùm ipse det omnibus affluenter? Et ita Philosophum exponit D. Tho.

ipse D. Thom. 1. part. qu. 2. 1. art. 1. ad 1. hinc

verbis: *Quadam virtutes morales sunt circa operationes, ut pà circa dationes & sumptus, ut iustitia & Liberalitas, & Magnificentia, que etiam non sunt in parte sensitiva, sed in voluntate. Vnde nil prohibet hujusmodi virtutes in Deo ponere: non tamen circa actiones civiles, sed circa actiones Deo convenientes. Ridiculum est enim secundum virtutes politicas Deum laudare, ut dicit Philos. in 10. Ethic.*

Hercùl nihil certius est, quād Deum nobis bona naturæ & gratiæ conferre; imò & Deus bonæ corporalia sine ulla prorsù obligatio- fari nobis ne, seclusâ liberali eorum promissione. Cur bona naturæ, etiam ergo negabimus, Deum esse liberalem? Porro Magnificentiam Dei multis locis Scriptura saera commemorat, ut in ea versatus

non potest ignorare; & ideo opera premium non est, ut in particuli adducantur. Hoc dico, pecunias & bona temporalia, secundum Smis. sup. n. 100. solum esse quid materiale respectu virtutis; item, quod beneficium sit magnum, aut parvum, unum arduum, & non alterum, in quo videtur Liberalitas distinguiri à Magnificentia; atque adeo, secundum ipsum

ipsum sunt una virtus, secundum rationem formalē, ut patet ex sup. dictis, quāvis Alii existimant, eas virtutes specie & formaliter distinguui. Elige, quod vis, & non errabis in fide, aut in bonis moribus; & semper verum erit, has virtutes propriè & formaliter esse in Deo, seclusas accidentalitate, & aliis imperfectionibus, quæ proveniunt ex imperfectione subjecti, ut est v. g. moderatio amoris pecuniae, quam patet in Deo non esse, in quo omnia moderatissima sunt.

110.

Quā ratione temperantia & fortitudo excludantur à Deo.

Quā ratione sint in Deo.

Ex quo etiam à Deo excluduntur temperantia & fortitudo respectu proprii subjecti. Nam illa moderatur affectum voluntatis circa delectabilias tactus in cibo, potu, & venereis, hæc autem circa terribilia mortis. Constat autem in Deo omnes affectus de se esse maximè moderatos. Neque Deum sibi ipsi cibum, potum, aut venerea posse appetere, vel posse subire, aut fugere pericula mortis. Quod si temperantia, & fortitudo acceperint pro simplici complacentia & affectu circa moderationem cibi, potū, &c. talis complacentia admitti potest in Deo; nam non supponit aliquam passionem moderandam in Deo, sed solum in genere, in illo scilicet subjecto, cui propriè competunt affectus efficiaces illius virtutis, quod non ponit imperfectionem in Deo. Quare autem dixerim: Respectu proprii subjecti, patet ex dictis Conclus. 1.

Sic etiam virtus Eutrapelia, licet quoad ha-

bitum, seu quasi habitum sit in Deo, non tamen quoad actum, à quo Eutrapelia appellatur, qui est imperare actiones ludibriæ, quæ in Deo locum non habent. Elle in Deo autem in Deo quoad habitum, probat S. I. sup. n. 92. quia sic non differt ab affabilitate, quæ inclinat ad tales in verbis & factis mediocritatem, secundum quam alieius conversatio est proximo grata & accepta; quid autem hoc fiat in verbis factisque ferri, vel ludriciis, seu jocolis, est materia; formale vero conversationis acceptabilitas, quæ nullam involvit imperfectionem; & ideo talis conversatio Deo tribuenda. Et videtur tuissi eum Moyse; de quod scriptum est, quod ei loquebatur Dei facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum Exod. 33. v. 11. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut sol loquitur homo ad amicum suum. Et quis potest dubitare, an talis locutio, seu conversatio, fuerit Moyse; gratia & accepta? Fuit ergo actus affabilitatis Atque hæc de virtutibus divinis satis, ut arbitror, pro hoc loco: nam de charitate, & amicitia, de quibus hic nihil diximus, in superioribus actum est.

Sequitur quæstio molestissima de Prædestinatione, & reprobatione tam hominum, quam Angelorum, quæ meretur tomum alterum, & novam disputationem, eamque intitulabimus de Providentia divina, quæ est quid commune ad illa.



IN.